Fagianum' sitam. 'Regn. Desiderio et Adelchis a. X. et VII, ind. VIII'. (l. IV). Reg. Farf. 74; Troya 854. **397**

Jun. Spoleti in palatio. Teudicius dux (Spoletinus) donat 'pro mercede piissimorum d. n. regum' monasterio S. Mariae (Farfensi) eiusque abbati Halano 'casalem nomine Paternionem, qui pertinet ad curtem Germanicianam. Regn. Desid. et Adel. X. et VII. Anno ducatus nostri IIII, per ind. IIII. Sub Godiscalco actionario nostro'. Reg. Farf. 75; Troya 855. **398**

Jun. In vico Palentiana, ante eccl. S. Petri. Ferulus vendit Halano abbati S. Mariae (Farfensis) 'unam tabulam vineae in casale Fagiano' sitae solidis 8. 'Regn. Desid. et Adel. a. X. et VII, ind. IV'. Inter testes: 'Radechis centenarius'. Reg. Farf. 76; Troya 856. **399**

Jun. Benevento. Iohannes abbas monasterii S. Vincentii Vulturnensis et Radoaldus gastaldeus causam agens liberorum Alachis pacto convenientes dividunt inter se quasdam res, de quibus iam diu lis ante Aistulfum regem et Arichisum ducem acta erat. 'Temp. gl. s. ducis g. L. (Arichis), anno nono ducatus eius, per ind. quarta'. Chron. Vulturn. II. ed. Muratori, SS. I, 2, 394; Troya 857. **400**

Jun. 26. Luca. Teudiprandus clericus donat ecclesiae S. Petri in Cappiano duas casas massaricias, usufructu sibi reservato. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed Barsocchini V, 2, 57 no. 97; Troya 861. **401**

Jul. 1. Luca. Braifred, 'havitator in civitate Pisae', tradit Peredeo episcopo Lucensi 'in viganium' Alvam ancillam, uxorem massarii eius Ursali, et recipit ab eodem 'in viganium' ancillam Gulpergam cum duobus infantibus. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 58 no. 98; Troya 862. **402**

Aug. 6. Luca. Teutperto et Teudiperto tradunt se omnesque res suas ecclesiae S. Martini Lucensi, ea conditione ut ipsi heredesque sui in iisdem residentes quotannis solidum praefatae ecclesiae persolvant. 'Regn. Desid. et Adel. a. X. et VII, per ind. IV'. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 59 no. 99; Troya 863. **403**

Dec. 1. Luca. Rotprand presbyter a Peredeo episcopo rector ecclesiae (S. Quirici) ordinatus, promittit bene ac canonice officio suo se functurum esse. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 112 no. 64; Barsocchini V, 2, 59 no. 100 quaedam emendat et addit; Troya 865. **404**

767. Ind. 5— Spt. 1—6; Desiderii a. 10— Mart. —11; Adelchis a. 8 — Aug. — 9.

Febr. 5. Pistoria. Gaidualdus medicus regum donat monasterio S. Bartholomaei ab ipso extra muros Pistoriensis civi-